



diebus juniorum, ut ita in ea hora offerrentur, qua solvendum erat jejunium, ut observat Albapineus ubi supra. Quare alienum non erat a disciplina illius aevi, diebus ordinationum, in quibus jejunabant fideles, vespertinas Missas celebrare: quae consuetudo est diutius in Ecclesia duraverit, postea paulisper inolevit, tum ob infirmitatem Episcopi ordinantis, tum ob multitudinem ordiandorum, & alias rationes, quas considerat Hallierius ubi supra. Et licet Missae vespertinae improberentur in Conc. Carthag. 3. can. 39. Afric. can. 8. Matheon. 2. can. 6. Laodic. can. 50. Trull. can. 29. in illis tamen canonicis non agitur de his Missis vespertinis diebus jejuniorum celebratis, sed de illis, quas sacerdotes non jejunii celebrare intendebant.

h. Publicari.) Unde pro lege ecclesiastica hac Innocentii sententia observatur, quia ut diximus in nostro apparatu, sententia Principum eorum iusta publicata pro legibus habentur; unde audiendus non est Pater Suarez de cens. disp. 31. sect. 1. n. 4. qui negat, ex hoc textu deduci, suspensionem incurere

ordinatum, quia Innocentius in praesenti tantum consultus in casu speciali respondit, & sic hoc responsum non inducere legem universalem; nam cum publicatum sit, pro lege universali habetur. Deinde nam si sententia P. Suarez vera esset, nulla hujus voluminis Decretalis pro lege universali haberetur, cum fere omnes casus speciales R. P. propositos contineant, ut ipsum Suarezum referendo confidat Giballinus de cens. in synopsi censurarum, verbo Ordinarum, a. n. 7.

Huic decretali Innocentii III. istam annecti, & conjungi debet textus in c. dilectus 13. hoc tit. insuper habito capite, vel non est compos: tum quia eandem fere continet decisionem: tum ut debita temporum series in hac compilatione servetur; textus enim in d. c. dilectus, auctorem praesertit Innocent. III. textus vero in d. c. vel non est, Honorium III. auctorem habet, qui Inoc. III. successor fuit. Praeposendum ergo est textus in d. c. dilectus, quem integram, & redivivum damus ex epistolis Innocentii III. editis a Bolquetio, ubi l. i. regestr. 13. epist. 194. ita legitur.

C A P U T XIV.

a Idem Laonien. & Fimbaren. Episcopis, & Abbati de b Magio, Limiricen. Diocesis.

Dilectus filius Vv. c. Ymilicen. Canonicus, nostro dudum Apostolatu reservat, quod Ymilicen. Ecclesia suo d. viduata Pastore, & Canonici sui de substituendi Pastoris electione tractantes, ipsum unanimes elegerunt. Qui cum esset citra sacros ordines constitutus, ven. frater noster g Castellens. Archiepiscopus Metropolitanus eorum, Episcopo b Rossen. mandavit, ut eum uno eodemque die ad tres sacros ordines promoveret; quod cum ille non ausu proprio, sed de mandato ipsius Archiepiscopi perfecisset, demum idem Archiepiscopus requisitus, & consecrationis ei munus, hujusmodi ordinationis occasione praesentia, impendere recusavit. Unde fuit nobis humiliter supplicatum, ut super hoc circa praefatum Vv. dignaremur de benignitate Sedis Apostolicae dispensare. Maxime cum ad ordines ita susciptos, non ex voluntate propria diceretur festinantia properasse, sed tam de magna necessitate, quam de licenti providentia pene omnium ibi praesentium, se permiserit taliter ordinari, pro eo quod Ecclesia Ymilicen. multiplex periculum imminerebat, si ejusdem Vv. circa Presbyteratus officium ordinatio differretur. Licet autem contra normam Ecclesiasticam in facto ipso enormiter fuisset excessum, de misericordia tamen quae superexaltat iudicio, ven. fratri nostro Armachano Archiepiscopo, & Episcopo j Miden & dilecto filio Archidiacono Armach. dedisse recolinimus in mandatis, ut inquisita super praemissis diligentius veritate, si rem invenirent taliter se habere, ac eundem Vv. alias idoneum, & utilem Ecclesiae Ymilicen. dispensative ipsi tribuerent licentiam consecrandi, & quidquid in hoc per eundem invenirent Archiepiscopo attentatum, per suas nobis litteras intimarent, ut per eorum relationem certiores effecti, providere in eo, sicut esset expediens, curaremus. Ipsi vero vocatis, quos noverant evocandos, & investigata plenius veritate, depositiones testium productorum utriusque ad nostram praesentiam transmississent. Quibus inspectis intelleximus evidenter, quod celebrata de praedicto Vv. electione, cum die sequenti fuisset idem Vv. a supra dicto Rossen. Episcopo ad ordinem Subdiaconatus promotus, idem Episcopus Archidiacono, & Canonici Ymilicen. seorsim vocatis dicens, quod propter turbationem terrae, ac multos malevolos, qui eidem Vv. insidias preparabant, volebat ipsum citra Ordinem Presbyteratus relinquere, juramento firmavit id supra dictum Archiepiscopum, tam metu mortis ipsius Vv. quam propter imminens periculum Ymilicen. Ecclesiae praecipisse; & quod Officialis ejusdem Archiepiscopi ex parte ipsius Episcopi memorato inhibuit, ne jam dictum Vv. jam in Subdiaconatu ordinatum, tunc ad superiores ordines promoveret. Cui eodem Episcopo respondente, quod plus Archiepiscopo, quod hoc et ore suo mandaverat, quam illi crederet in hac parte; extensa super l. altare manu, per sacrosanctam juravit, quod id mandaverat Archiepiscopus praedictus, & sic in Diaconatu, & Presbyteratu Vv. sepeditum promovit. Probatum insuper sufficienter invenimus, quod dictus Archiepiscopus Joanni Decano de Hely injunxit, ut praefato Episcopo inhiberet, ne dictum Vv. eo die, quo ad tres ordines promotus extitit, nisi ad Subdiaconatus ordinem promoveret, eidem Vv. nihilominus inhiibendo, ne se promoveri ulterius pateretur. Verum cum idem Decanus ad Ymilicen. Ecclesiam accessisset, tam praedicti Episcopo, qui jam Subdiaconus ordinatus, vocatis his, qui erant in Diaconos promovendi, & silentio cunctis indicto, ex parte Dei, ac Archiepiscopi Castellens. inhiibuit, ne jam dictum Vv. ad superiores ordines promoveret; quam praefato Vv. ne se promoveri ulterius sustineret. Constitit quoque nobis ex litteris Judicum praedictorum, quod praedictus Episcopus interrogatus in iure respondit, quod Archiepiscopus non mandavit eidem, ut Vv. eodem die ad tres ordines promoveret, sed ex verbis Archiepiscopi cum credidit illud velle: hoc idem etiam dictus Episcopus per suas nobis litteras intimavit. Praeterea ex ipsorum Judicum litteris intelleximus, quod idem Episcopus ultro juravit in iure, quod universa, quae continebantur in ejusdem Vv. attestacionibus, vera erant. Ex litteris quoque, tam supra dicti Archiepiscopi, quam Capituli Ecclesiae Ymilicen. accepimus, quod cum tam super electione ac ordinatione praedicti Vv. quam etiam super quibusdam ejus excessibus in Conc. apud Kelmoelleo celebrato, coram praefato Archiepiscopo inter dictum Vv. & Canonicos quaedam suborta fuisset, & demum ab utraque parte ad nostram audientiam appellatum: idem Vv. non expectato termino, quem appellationi suae duxerat praesigendum, supra dictas a nobis litteras veritate tacita impetravit. Cum igitur ex praemissis nobis constiterit, praedictum Rossen. Episcopum in pluribus deliquisse; tum quia sine mandato Archiepiscopi, sicut ipse confessus extitit, ad hujusmodi ordinationem inordinate processit; tum quia est de Archiepiscopi mandato constiterit, cum illi hujusmodi dispensatio a canone minime sit permessa, quam ad solum R. P. non est dubium pertinere, ipsi obtemperare non debuit in hac parte: tum etiam, quia cum reatu in perjurii sapius variavit, jurando prius quod Archiepiscopo id praesepisset, & postea quod illud non mandaverat in iudicio confitendo: ipsum de statum nostrorum consilio tandem ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere. Praedictum quoque Vv. per falsitatis suggestionem, & suppressionem etiam veritatis, litteras supra dictas a nobis intelleximus extorsisse. Suggestit siquidem nobis, supra dictum Archiepiscopum Episcopo memorato mandasse, ut ipsum una die ad tres ordines promoveret, de quo nobis non extitit facta fides; quinimo contrarium, quod videlicet Archiepiscopus id prohiberit, fuit manifeste probatum. Nonnulla quoque vera suppressit, quod videlicet tam Episcopo memorato, quam sibi fuerit ex Archiepiscopi parte prohibendum, ne promoveretur nisi ad Subdiaconatus ordinem illo die; quodque coram Archiepiscopo super electione, ac ordinatione ipsius quaedam mora fuisset; & tam a se ad certum terminum, quam ab Ymilicen. Canonicis appellatum. Sed nec, sicut asseruit, quod urgens necessitas Ymilicen. Ecclesiae id exposceret, demonstravit. Cum igitur illa expresserit, & suppresserit, quae si fuissent tacita, vel expressa, tales litteras n. minime dedissemus; per quod apparet ipsum extitisse indignum gratia, quam duxeramus ei ex benignitate Apostolica faciendam; & eundem constiterit ipsum praesumptuose ad supra dictos ordines irrepsisse, ab executione Diaconatus & Presbyteratus ordinum, donec a nobis misericordiam obtinuerit, decrevimus manere suspendum, super electione de ipso ad Ymilicen. Ecclesiam illicita celebrata, perpetuum illi silentium imponentes. Quia vero praefatum Archiepiscopum circa haec non invenimus deliquisse, ipsius innocentiam commendamus. Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus quod a nobis est sententialiter definitum, factis appellatione remota inviolabiliter observari. Quod si non omnes, &c. duo vestrum ea, &c. Datum Laterani Nonis Januarii, Pontificatus nostri anno XIII.

NOTE

NOTE

a Laonien.) In hac sexta collectione legitur Latoni, in qua tunc verolegitur Laonensis, & Sabaricensi Abbatibus; sed ubique perperam, legendum enim est Laonensis, ut habetur in registro Inn. III. l. 13. ep. 194. ex quo restituitur litterarum hujus textus; & inde cognoscitur falso in hac sexta collectione textum tribui Honorio III. in Hibernia enim inter alios suffraganeos subint Archiepiscopus Castellens. Laonensis, & Fimbarenensis, seu Fimbariensis, ut referunt Carolus a S. Paulo in Geograph. sacra, pag. 170. Bolquetus in notis ad praesentem ep. Barbola de potest. Episc. in serie Episc. pag. 49. Episcopis istarum Ecclesiarum missa est praesens epistola.

b Magio.) Monasterium hoc, vulgo de Menaloien dictum, est Ordinis Cisterc. de cujus constructione hac refert Jacob. Vvarchus in comobis Cister. Hiberniae: Mens antiquitus Magio, monasterium Majoris furois appositum in Comitatu Limericensi, fundatum legitur anno a Christo Domino in salutem missa 1151. Ipsum refert Manrique 2. 2. annal. an. 1148. c. 16. n. 9.

c Ymilicen.) Ymilicensis enim Ecclesia, sive Ymlacensis, est in Hibernia, ut referunt Carolus a S. Paulo ubi supra, pagina 84. Bolquetus in nostra epist.

d Viduata.) Quando Ecclesia vidua, vel viduata dicitur, dicitur in c. de pro defectu, de elect. c. Conventum.) Nostri Innocentii temporibus electio Episcoporum ad Canonicos, & Capitula Ecclesiarum spectabat, e. cum Ecclesia, de causa possess. ubi plura Primarius noster Balbo.

f Constitutus.) Clericus enim in minoribus ordinibus constitutus, imo adhuc laicus, potest in Episcopum eligi, ut dicemus in c. a multis, de elec. c. qual.

g Castellens.) In Hibernia sunt quatuor Archiepiscopi, videlicet, Armachanus, Dublinensis, Castellensis, & Tuonenis, ut tradunt Carolus a S. Paulo, & Barbola ubi supra.

h Rossen.) Rossensis, seu Rossensis Ecclesia, est suffraganea praedicti Archiepiscopi.

i Consecrationis.) Ad Archiepiscopum enim spectat consecratio Episcoporum, ut probavi in c. si Archiepiscopus hoc tit. j Miden.) Midenensis Ecclesia etiam est in Hibernia, suffraganea Archiepiscopi Armachani.

k Officialis.) Id est Vicarius Episcopi, ut docet Cironius ad tit. de officio Vicarii, ubi nos late dicemus. l. Super altare manu.) De hoc iurandi modo late agimus in c. ult. de juram. calumniae.

m Perjurii.) Quomodo, & quare poena ordinaria non puniatur, qui confessus fuit delictum, quod tangebatur negotium principale, dicemus in c. 2. de confessis. n. Minimo.) Unde ipso iure similes litterae carere effectu, juxta adducta in c. super 20. de rescriptis.

COMMENTARIUM.

EX his duabus Decretalibus sequens deducitur disputanda assertio: Duo sacri ordines non possunt conferri uno die, etiam si Archiepiscopus dispensaverit; alias tam ordinatus, quam ordinatur suspenduntur ab exercitio ordinum. Eam probant textus in c. qui ecclesiasticus 2. 36. dist. c. in singulis 2. c. per totum 77. dist. c. qui in aliquo, 51. d. c. 2. de eo qui sursum. Concilium Rom. i. sub Sylvestro can. 11. Nicenum. can. 2. Sardic. can. 15. Arelat. 4. in editione Bini, can. 1. c. 2. Aurelian. 5. can. 7. Brachar. 1. can. 38. Barcin. can. 3. Synodus 8. Generalis can. 5. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. 13. c. 14. quorum verba infra dabimus. Illustrat ultra congestos a Barbola in praesenti, & de potest. Episc. alleg. 18. c. l. i. juris Ecclesiasticae, c. 33. c. 1. c. ad Trid. in d. l. deis Acana & l. Dartis in d. 77. dist. Suarez de censur. disp. 26. sect. 4. c. disp. 31. sect. 1. n. 40. Bolquetus in notis ad Inoc. in d. ep. 194. Giballinus de censur. in synopsi, verbo Ordines in suo die, Morinus l. 1. exere. c. 47. Hall. de sacris elect. sect. 7. c. 1. art. 6. f. 879. Vighellius in meth. juris can. pagin. 437. Petr. Greg. l. 4. par. tit. 22. c. 2. plures ex Moralibus congesti a Sanchez 2. 2. consil. l. 7. c. 3. dub. 53. Leander 2. 2. de Sacram. disp. 11. de Sacram. Ordinis, quae 10.

Hae assertio plures, & difficiles patitur dubitandi rationes. Prima ex eo nascitur, nam omnes gradus, tam majores, quam minores, tendunt ad unum Sacramentum conficiendum, cum ex illis omnibus constet: sed nihil impedit, quominus quis in uno recipiat Sacramentum, ut in aliis Sacramentis frequenter contingit: igitur & uno die potest quis omnes gradus ordinationis tendentes ad unum Sacramentum recipere. Arguetur haec difficultas ex eo, nam si quis plures & diversos gradus majores non potest una die recipere, sequetur, non posse Diaconum recipere Sabbato ordinem, & gradum Presbyteratus; & die Dominico sequenti ordinem, & gradum Episcopatus; cum sint diversi gradus, ut dixi in c. 6. hoc tit. sed potest Diaconus gradum Presbyteratus die Sabbati, & gradum Episcopalem die Dominico suscipere, ut probant plures relati a Diana par. 12. tr. de consec. Episc. resolut. 66. Hallierius ubi supra, pag. 88. igitur potest quis continuato jejunio die Sabbati, & Dominico sequenti duos gradus majores, & sacros recipere. Secunda difficultas vertitur circa eam partem, ubi asseritur, Archiepiscopum non posse dispensare, ut quis uno die recipiat duos sacros ordines: nascitur ex eo, D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. I. Pars I.

nam quoties legislator non reservat sibi dispensationem in lege prohibitive, inferioribus Praelatis concessa videtur, e. nuper, de sent. excomm. argumento textus in l. necesse, ff. ex quibus causis majores: sed Romanus Pontifex prohibendo, ne una die quis duos gradus sacros recipiat, sibi non reservavit dispensationem: ergo Metropolitanis eam concessisse videtur. Tertio difficilis est tradita assertio, dum in ea affirmatur, Episcopum suspendi a collatione ordinis, in quo peccavit; nam Episcopus conferens perperam ordines, suspenditur a collatione omnium graduum, e. ex praesentibus 55. 50. dist. c. si quis Episcopus 43. 1. quae 1. c. vel non est, hoc tit. imo & deponitur, c. 1. 51. d. c. nullus Episcopus, 62. dist. c. tantis 3. 81. dist. igitur non recte asserimus, suspensionem partialem incurere Episcopum male promoventem clericos. Quarta, & difficilior consideratio provenit ex eo, nam licet verum sit duos sacros ordines non posse uno die conferri, & interstitia inter unum, & alium gradum esse servanda; id tamen procedit, nisi necessitas, aut Ecclesiae utilitas aliud exoptulet, juxta Trid. d. sess. 23. c. 13. c. 14. sed tam in nostro capite litteras, quam in c. dilectus, necessitas, atque utilitas Ecclesiae datur: siquidem in utraque decisione ordinati electi erant in Episcopos Ecclesiarum viduarum: igitur propter utilitatem ipsarum Ecclesiarum recte poterant in una die duos gradus sacros recipere.

His difficultatibus minime obstantibus, vera est supra tradita assertio, ad cujus veram expositionem sciendum est, jam a primis Ecclesiae temporibus constitutum fuisse, ne quis eodem die duos gradus sacros reciperet, & ut inter gradum & gradum aliquod tempus elaberetur, quod interstitia sacri canones appellant; licet aliquando ex dispensatione, aut magna Ecclesiae necessitate duos gradus una die receptos fuisse legamus. Epiphanium enim eodem die omnes gradus recepisse, refertur in ejus vita, n. 34. t. 2. operum ejus, & Paulinus Hieronymi frater eodem die ab Epiphano in Diaconum, & Presbyterum ordinatus est, Epiphanius in epist. ad Joannem, quae est inter epistolas D. Hieronymi ordine 60. & S. Norbertus eodem die Diaconus, & Presbyter ab Archiepiscopo Cantuar. ordinatus fuit, ut habetur in ejus vita, c. 3. apud Sarium die 6. Junii. His ergo omnibus casibus specialibus, in Ecclesia statutum jam retro pluribus saeculis invenio, ne in uno, eodemque die naturali, seu civili quis duos recipiat gradus sacros, nec unam, hoc est Subdiaconatum, cum quatuor minoribus, c. 2. de eo qui sursum; imo & varia fuerant constituta tempora interstitiorum, ut de gradu ad gradum quis possit promoveri.

Non est in animo hic referre veteres Ecclesiae sanctiones, ne quis repente Sacerdos, aut Episcopus eligatur, de quibus si Deus vitam, otiumque dederit, agemus in c. 1. de clerico per salum: igitur ut tantum de interstitiis agamus, pro diversitate temporum diversa fuerunt a Patribus statuta. Et licet primis Ecclesiae saeculis longiora fuissent, e. quinquages. c. in singulis, c. si quis, 77. d. sequentibus vero saeculis ob necessitatem ministrorum, & nostro aeo propter vitae humanae brevitate restricta fuerunt, & breviora praescripta; annus enim statutus fuit in Conc. Aurel. 5. canon. 9. ibi: Nullus ex laicis alique anni conversione praemissa Episcopus ordinatur. Concil. Brachar. can. 38. Ex laico ad gradum Sacerdotii venientis, nisi prius anno integro in officio Lectorum, vel Diaconatus disciplinam ecclesiasticam discat. Quod tempus protractum fuit in Synodo 8. canon. 5. ibi: Per omnes gradus ecclesiasticos definiti temporibus vitam agendo inculpata tranquillitate reperitur, ad Episcopatus honorem evehat, sicut in Lectorum munere annum, in Subdiaconi duos, Diaconi tres, Sacerdotium quatuor annos explet. Tandem Patres Concilii Trident. postquam statuerunt, uno die duos sacros ordines conferri non posse, nec regularibus preterea alicuius privilegii, sess. 23. de reform. c. 13. ibi: Duo sacri ordines non eodem die etiam regularibus conferantur, privilegii quibuscumque, atque indultis quibuscumque non obstantibus; tempora interstitiorum ita praescripserunt, & inter minores gradus tempus observandum arbitrio Episcopi reliquerunt; post susceptionem vero ultimi gradus, ad gradum Subdiaconatus unum annum constituerunt, a Subdiaconatu ad Diaconatum alium, a Diaconatu ad Sacerdotium alium, nisi necessitas, aut Ecclesiae utilitas iudicio Episcopi aliud exoptulet; sed antequam hujus decreti expositionem aggrediamur, rationem nostrae conclusionis perpendamus.

Triplitem rationem nostrae decisionis, & interstitiorum tradunt Patres in Conciliis supra relatis. Primam, quia ministerii cujusque ordinis exacta, & accurata cognitio requiritur; debet enim ordinandus, quae sunt gradus accepti, discere, antequam ulterius curam suscipiat, ne praepostero ordine prius sit magister, quam discipulus. Caestinus epist. 2. c. 3. Cum ad Episcopatum bis gradibus, quibus frequentissime cautum est, debet pervenire, ut minoribus initiati officii ad majora firmetur; debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat. Illustrat hanc rationem ex Horfunda, & D. Gregor. Hallierius ubi supra pag. 899. unde Sancti Patres eos, qui ex laicis divina dispositione non servatis his interstitiis in Episcopos ordinati fuerant, admodum commendant, eo quod prius docerent, quam discerent. D. Augustin. epistola 148. ad Valerium, D. Ambros. l. 1. de offic. c. 1. ibi: Homines discunt priusquam docent, & ab illo accipiunt, quod alii tradunt; quod non id ipsum quidem mihi accidit, ego enim de triviumibus, atque administrationis insulis ad Sacerdotium raptus docere eos cepi, quod ipse non didici: itaque factum est, ut prius docere inciperem, quam discere, Naziaz. orat. 1. Synesius epist. 66. Sidonius

R 4

De interstitiis

De temporibus

Traditio ratio interstitiorum

1. Et ep. 3. Secunda ratio provenit ex eo, ut qui ordinandi sunt ad utriusque gradus, in prioribus disciplina ecclesiastica imbuantur, & ad normam ecclesiasticam vite mores componant: quam rationem adduxerunt Patres Concilii Brach, can. 38. Dico non ecclesiasticam disciplinam desit: Et sic per singulos gradus eruditus ad sacerdotium veniat. Conc. Trid. d. c. 11. Ut eo accutarius promovendi, quantum sit disciplina potius, possint adhiberi. Tertia ratio provenit ex probatione ordinandorum, qui in singulis gradibus debent probari, ut ad superiores ascendant: quam rationem tradiderunt Jaanes VIII. epist. 199. Qui in minoribus officiis diu perdurent, & vota eorum, & obsequium comprobentur, ut per tempora a maioribus insinua comprobati, prius moribus, & bona vite meritis resurgant ad summum sacerdotium postmodum veniant. Illustrat Hall. ubi supra, pag. 900. recte ergo Ecclesie Patres statuerunt inter gradum, & gradum ordinis certum tempus.

8 Sed ut ad Conc. Trid. sanctionem in d. c. 11. revertamur, sciendum est, nullum tempus interstitium in eo assignari ad minores ordines recipiendos; & licet interstitia in eis expresse non tollantur, tamen consuetudine jam invaluit, ut omnes minores ordines una die recipiantur. Sylvester verbo Ordo, d. 2. p. 7. Etiam in d. c. 11. §. 13. permittit Episcopis propriis, Capitulo Sede vacante, seu eius Vicario, ut ex iustis causis possint in predictis interstitiis dispensare, veluti ob utilitatem Ecclesie, seu necessitatem, atatem provecham ordinandi, arctionem beneficii, studium in aliqua Universitate, quas, & alias dispensationis causas prosequuntur Barbosa, de potest. Episc. alleg. 18. Sanchez l. 7. consil. c. 3. dub. 54. Leander de sac. r. 2. de ordine, disp. 7. q. 21. etiam Pralatos regulares virtute suorum privilegiorum posse cum subditis suis in interstitiis dispensare, probat Bruno Chassaign. de privileg. regni. p. 2. c. 1. propos. 4. Leander quest. 23. & de Capitulo Sede vacante fule probat Solorzano r. 2. l. 3. c. 13. Valenzuela consil. 107. per verum. Etiam post predictam constitutionem Concilii, qui ordinatur non servatis interstitiis, nullam suspensionem incurrit, licet peccet mortaliter, quia in re gravi transgreditur sacros canones, ut resolvit Barbosa d. all. 18. in fine.

9 Ex quibus provenit ratio nostrae decisionis, & conclusionis; nam cum certi temporis spatium sit constitutum, & debeat glabre inter unum gradum, & alium, ut sic servatis interstitiis, & temporis intercapedine, ad majores perveniant gradus; ideo non potest quis uno die naturalis, seu civili fictione canonice duos gradus sacros recipere; & quia in eo debet quis puniri, ut quod deliquit, c. fin. tempor. ordin. in 6. ideo qui uno die duos gradus sacros recipit, suspenditur ab eorum exercitio; Episcopus vero qui ordinavit, a collatione illius gradus, quem improbe contulit. Docet Vivianus in presenti, & supra laudat pro illustratione conclusionis.

10 Nec obstant difficultates supra perpenle, Non prima, nam licet omnes gradus sacramenti ordinis tendant ad unum sacramentum conficiendum; tamen quilibet gradus habet diversum ministerium, & exercitium: unde ordinandus probari debet in quolibet gradu, antequam ad altiores ascendat, ex rationibus supra adductis. Nec augmentum hujus difficultatis adversatur; nam licet non possit ordo Diaconatus conferri Sabbato, gradus vero Presbyteratus die sequenti, ex nostro c. litteras; tamen ordo Sacerdotalis potest recipi Sabbato, & die sequenti ipse Sacerdos in Episcopum ordinari. Discriminis ratio ex eo provenit, quia primum expresse in jure reperitur prohibitum; secundum vero non invenimus vetitum. Accedit, quia dies Sabbati praestus est collationi sacrorum ordinum; dies vero Dominica consecrationi Episcopi: quare recte comparatur, ut quis die Sabbati gradum Presbyteri recipiat, die vero Dominica

in Episcopum consecratur, ut docet Hall. ubi supra, pag. 888. Unde inferitur, quod si quis ex dispensatione ordinetur Presbyter die Dominico, non poterit eodem die consecrari Episcopus, ut resolvit Diana p. 12. ref. 85. Nec refragatur secunda difficultas; certum enim est, Metropolitanum non posse dispensare in hac juris prohibitione, ne quis una die duos sacros ordines recipiat; quia cum hac prohibitio sit Pontificia, non possunt inferiores in ea dispensare, nisi per litteras, c. de concess. prob. c. cum inferior, de major. Et ob id, c. sunt quidam, c. deo 24. q. 1. Clementina ne Romani, c. de concess. Accedit, quia dispensatio non est ex his, quae competant, si non prohibeantur; sed ex his, quae non competunt nisi concedatur, ut probat Bassilius. 8. de matr. c. 6. n. 4. Nec contrarium probant textus in d. c. nuper, qui non loquitur de dispensatione censurae, sed de eius abolitione. Differentiae autem ratio, quare absolutio, si non prohibeatur, et si non concedatur, inferiori competat, ex eo provenit, quia absolutio non est contra jus, sed secundum jus; quare si non prohibeatur, permittit intelligitur: contrarium autem procedit in dispensatione, quae cum sit relaxatio juris, nisi inferiori concedatur, non competit. Nec tertia difficultas praesentem conclusionem evertit, quia licet aliquando Episcopus improbe Ordines conferens, absolute potestatem ordinandi privetur, d. c. ex potententia, d. c. si quis Episcopus, c. vel non est, hoc tit. ca. iura accipienda sunt de ordinibus male acceptis, non vero protrahenda sunt ad alios gradus, ex eo quod ecclesiasticis 2. 36. d. c. ex presentis c. litteras 3. c. nullus 4. hoc tit. in 6. Docet Acuna in d. c. qui ecclesiasticis, Ludovicus Cellotius l. 6. de hierarch. c. 20. §. unico, Hall. de sacris elec. l. 1. c. 1. §. 2. c. 3. & si aliquando talis Episcopus deponitur, id procedit ob culpam gravitatem, juxta delicti qualitatem. Unde in hac parte non potest argui de uno casu ad alium, ut docet Morinus, l. 2. exerc. c. 7. 8. Nec tandem obstat ultima difficultas; licet enim ob necessitatem, aut Ecclesiae utilitatem possit dispensari, ut quis valeat non servatis temporum interstitiis ad altiores gradus ascendere; tamen ut possit una die duos gradus recipere, nulla ex causa fieri potest, ut Doctores proxime relati considerant.

11 Adhuc superiori assertioni opponi potest textus in c. 2. de eo qui furto, ubi proponitur quemdam uno die quatuor gradus minores, & gradum subdiaconatus, juxta patrie consuetudinem recepisse; & consilium Cellotius III. rescribit, permittendum esse ita ordinari in minoribus ordinibus ministrare, non vero in gradu subdiaconatus. Ex quo textu aperte constat, licere uno die quatuor gradus recipere. Augetur difficultas ex c. de eo, hoc tit. in 6. ubi supponitur, tantum duos gradus minores posse in una, eademque die conferri. Pro hujus difficultatis solutione dicendum est, Episcopum posse ex julla causa quatuor minores ordines uno & eodem die conferre. Tr. sess. 23. c. 11. post Barbosa docet Dicast. ubi supra, q. 12. sed ad simul cum eis gradum subdiaconatus conferri possit, apud Interpretes non liquet. Negat Maiolos de irreg. l. 1. c. 6. & alii consilii a Leandro supra q. 15. affirmativam vero sententiam defendunt Gutierrez l. 1. canonice, q. 26. n. 32. Valquez 3. p. in 3. p. disp. 246. c. 5. n. 44. Sed placet media sententia, videlicet adstante consuetudine posse subdiaconatum simul cum minoribus gradibus conferri; nec tamen si talis consuetudo praescripta non reperitur. Nec contrarium probat textus in d. c. 2. ubi etiam adstante consuetudine, qui gradum subdiaconatus cum quatuor simul minoribus recipit, suspenditur ab ordinum exercitio; nam eam suspensionem non incurrit ita ordinatus, quia simul omnes gradus cum subdiaconatu accepit, sed quia furtive eos recepit, ut docuit Zypheus in responsis de iure can. ad hunc tit. c. 2.

C A P U T XVI.

Honorius III. Episcopo & Archiepiscopo a Legion.

VEL non est compos sui b Oveten. vel nimis a se videtur scientiam repulisse, aut probatur ex malignitate peccasse, quod, ut alia, quae de ipso dicuntur enormia taceamus, M. puerum latorem praesentium anni 111. annorum contra sanctorum canonum instituta inordinate in Diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium clericali ordinis; quod utique si nobis plene constaret, quantumcumque simus priorioris ad veniam, quam ad debitam etiam ultionem, taliter hoc castigarem in ipso, quod ex pena culpa notoria redderetur, & revelata eius iniquitas efficeret alios in similibus cautiore, Nolentes autem hoc relinquere indiscussum, disc. v. m. quatenus iniquitas super his, & cognita veritate, si rem invenieris ita esse, praedictum Episcopum a collatione ordinum sub app. obli. suspendentes, ipsum, ut eadem M. quem ab executione officii Diaconatus usque ad atatem legitimam, in injuriam suspendimus ordinantis, provideat in Ecclesia de beneficio competenti, per censuras ecclesiasticas app. postp. compellatis.

NOTAE.

12 Legion. Legio urbs nobilis, & antiqua est Hispaniae, quam noamlli a Mercurio Trifingito Moyssis contemp. poraneo, omnes a Trajano Imperatore conditam, & constructam affirmant. Coloman fuisse Romanorum nemo ignorat: eam a Sarracenis dirutam instauravit Alfonso V. testantibus D. Roderico l. 5. historia, c. 9. Ambrosio de Morales l. 17. chron. c. 35. Plura de hujus nobilissime civitatis magnitudine tradunt Libera in hist. ipsius civitatis, Tamayo in martyrol. Hispan. l. 7. die 11. Februarii, & p. 2. die 11. Martii, & die 23. ubi tradit Conc. Leg. ex veteribus codicibus nondum editum. Ecclesiam Cathedralium in Legione civitate fuisse jam ab an. 150.

constat ex epist. 4. D. Cypriani. Jure antiquo ejus Praeful exemptus erat, & R. Pontifici tantum subiectus, ut probat Bofquetus ad Inno. l. 1. epist. 57. Seriem & catalogum Praefulum ipsius Ecclesiae referunt Cul. Gonzalez in scriptis ejus Ecclesiae, Tamayo ubi supra. Haec decisio missa est D. Roderico Alvarez, qui eam exiit ex an. 1217. usque ad an. 1237. vir sanctimonia, & pietate insignis, ut ejus episcopatum testatur; ita enim supra ejus sepulchrum legitur, Sub ara 1275. 8. Idus Martii, pacis, & pietatis apex, exemplar beneficii, hic Rodericus erat Pontificis honor; hic civis, & potus fuit, hic vestis regni datus, hic unus omnia factus erat. O tu Legio a luce cepidisse patronum; aut rex, aut marqum iam paritura parens, &c. Hujus etiam rescripti Innoc. in c. suscitata, de integ. restit. b Oveten.

b Ovetensis. Ita legitur in quinta compilatione Honorii III. sub tit. de atate. Et qualis, c. 2. perperam autem in sexta compilatione habetur, Conventus; nam si causa praesens committitur Episcopo Legion. quomodo casus contingere poterat in Anglia, ubi Cantuariensis provinciae suffraganeus est Conventus Episcopus Ovetensis autem civitatis in Hispania montanis perantiqua, & nobilis est; in quam translata fuit Cathedralis Episcopalis Lucentis, ut plura de ejus amplitudine, & antiquitate adducunt referunt Aegidius Gonzalez in fine theatro, Tamayo de Salazar in martyrol. tom. 1. die 9. Januarii, & tom. 2. die 1. §. 13. Martii, & die 13. mensis Octobris. Nostri Honorii III. temporibus usque ad annum 1216. floruit D. Joannes hujus nominis II. qui litem habuit cum Episcopo Zamorensi, & Auriensis, ut referunt in c. olim, et 2. de restit. spol. c. cum super, de re judicat. Illi successit D. Rodericus II. de quo in praesenti agitur.

COMMENTARIUM.

3 EX hoc textu talis deducitur assertio: Ordinatus puerum in Diaconum suspenditur a collatione ordinum, & ordinato tenetur de beneficio providendo, licet ille suspensus sit ab ordinum exercitio, usque dum ad atatem legitimam perveniat. Probat text. in c. de his, 28. d. c. ubi, 76. d. c. placuit 5. c. in veteri, 77. c. placuit 14. 20. q. 1. c. quod est, 87. d. c. super 33. de prob. c. ubi, hoc tit. in 6. Clemens. grave, de atate. Et qualis. Concil. Arclat. 3. can. 1. Nullus Episcopus Diaconum antequam 25. annos implet, ordinare presumat, Et can. 6. Ne ullus ex laicis ante annualem conversionem, vel legitimam atatem, id est 25. annos implet, & 30. Presbyter ordinetur. Concil. Narbon. canon. 11. Trid. sess. 25. de reform. c. 5. c. 6. Illustrat ultra consilii a Cenedo in collect. ad lib. 6. Decret. collect. 4. Barbosa in presenti, Ludovicus Grefolius l. 2. missag. c. 7. Gutierrez l. 1. can. c. 26. Anton. Augustin. in epistol. juris, l. 7. tit. 5. Major de irreg. l. 1. c. 30. Acuna & L. Darius in c. placuit 77. d. Suarez de cens. disp. 31. sect. 1. n. 22. Et disp. 36. sect. 3. Vighellus in meth. juris can. fol. 348. Barbosa de potest. Episc. alleg. 16. Marbona de atate ad actus humanos, anno 23. qu. 1. Leander l. 2. de sacram. Ordin. disp. 6. q. 9. Aegidius Bossius r. 2. oper. mor. disp. 20. §. 5. c. 6. Andreas Saufay in Panopli. sacer. par. 2. lib. 2. sect. 5. Georgius Ambianus ad Tertul. de Monogamia, c. 12. observ. 3. Gibal. de cens. in synopsi, littera O, n. 5. Petr. Greg. l. 4. partit. tit. 22. c. 2. Zypheus in responsis, ad hunc tit. resp. 2.

4 Sed in praesenti assertionem infringi potest ex sequentibus juris principiis. Et primo, quia certum est eum, qui ante legitimam atatem a sacris canonibus praescriptam ordinatur, deponi a gradum suscepio, c. subdiaconus, 4. 77. d. ergo non suspenditur tantum, ut in conclusione aliter. Secundo non minus notum juris principium est, ob alterius culpam non posse clericum suspendi a suo gradu, ut probant Suarez de cens. disp. 28. sect. 4. n. 3. Avila, Marius Alterius, & alii consilii a Gibalino de cens. pag. 137. sed in praesenti casu tantum culpa adfuit ex parte Episcopi, ut ex textu verbis constat: ergo sine culpa propria atate promotus suspendi non debebat. Tandem Honorius III. sibi ipsi contrariari videtur, dum docet, ita ordinatum, & male promotum ante atatem, suspendi ab ordinum exercitio usque ad legitimam atatem, & statim ait illi esse beneficium conferendum; nam beneficium datur propter officium, c. cum secundum de prob. & qui non habet ordinum exercitium, non potest obtinere beneficium, c. cum bona, ubi plura Glossa verbo Suspendi, de atate. Et qualis, cap. ex litteris, de excessibus Pralat. igitur minus congrue, & consequenter Honorius in praesenti affirmat suspensio usque ad tempus statim beneficium esse conferendum.

5 Quibus juris principiis praesatis minime obstantibus, vera est praesens Honorii decisio; pro cuius expositione sciendum est, ante legitimam atatem neminem esse ordinibus initiandum, juxta Apostoli praecipuum 1. ad Timot. c. 5. ubi praecipit, nemini cito manum imponi: Unde jam a primis Ecclesiae saeculis certa aetate praescripta fuit singulis gradibus recipiendis, c. miramur, 61. d. c. subdiaconus 4. 77. d. c. quod est, 87. d. & quoad totularum septem annorum atate praescripta est in c. nullus 4. hoc tit. in 6. c. 27. tit. 6. par. 1. quem annum infantiam appellatur PP. in c. de his 5. 28. d. c. in singulis 2. 77. d. Docent innumerum consilii a Narbona de atate, anno 7. q. 9. Leandro ubi sup. disp. 6. q. 1. quae atate etiam post Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 4. §. 11. desideratur, dum ibi a Patribus nulla aetate praescribitur ad tonsuram recipiendam, ut censuit sacra Congregatio apud Piacentiam in praxi, c. 1. n. 22. his verbis: Congregatio Concilii respondit, nullam esse a concilio praescriptam atatem tonsurae, & quatuor minoribus ordinibus, sed eam attendendam, quae a sacris canonibus praescribitur. Docet pluribus relati Aegidius Bossius d. 2. 2. tit. 7. §. 6. Quoad minores autem gradus recipiendos non ita expressa, & statuta est atate a jure: aliquando enim 14. anni praescribuntur, c. de his 5. 28. d. c. in singulis, c. quicumque, 77. d. Concil. Trid. nullam atatem praescribit, scientiam linguae Latinae tantum ordinandis exoptulans: unde sunt plures qui affirmant, sufficere atatem 7. annorum in d. c. nullus, primae Tonsurae praescriptam. Ita Sodus, Layman, Suarez, & alii, quos laudat, & sequitur Leander d. disp. 6. q. 1. sed rectius alii affirmant, atatem duodecim annorum desiderari: ita plures relati, & secuti a Narbona d. q. 9. Bossio, supra, n. 55. Quoad majores ordinis gradus recipiendos non conveniunt ecclesiasticae leges, imo pro diversitate temporum varia atas

statuta legitur. Primis temporibus viginti annorum atas praescripta fuit, c. quicumque 3. 77. disp. c. de his, 28. d. c. nemo, 78. d. licet per ea etiam tempora Syricius constituit, ut expleto 18. anno posset quis in Subdiaconum ordinari, in c. quicumque, 77. d. juxta interpretationem Narbonae an. 22. q. 1. n. 3. Sequentibus temporibus, Concilii videlicet Viennensis, atas 18. annorum praescripta fuit, Clem. grave, de atate, & qual. Demum Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. expresse statutum est, ut nullus, etiam si regularis sit, ante viginti sex annorum in Subdiaconum ordinetur; quod decretum hodie observatur, ut pro expositione ipsius Concilii docent Marbona d. q. 1. Bossius sup. §. 5. Leander, ubi proxime, q. 8. Circa atatem Diaconatus recipiendo praescriptam, aliam jure veteri, aliam jure novo, aliamque jure novissimo statutam reperio. Jure enim veteri ante 25. atatis annum non poterat quis sacro Diaconatus gradu insigniri, c. de his, 5. 28. d. c. placuit 5. c. Episcopus 6. 77. d. c. nemo, 78. d. c. placuit 14. 20. q. 1. authentica de sanctissimis Episcopis, §. Presbyterum: cuius constitutionis eam reddunt rationem Patres Conc. Toletani in c. in veteri, 78. d. quia cum Diaconi in lege gratiae successerint in locum Levitarum Legis veteris, & Levitae apud Hebraeos 25. annis ministrare inciperent, ut constat Numer. c. 8. vers. 24. ibi: Haec lex Levitarum, a 25. annis, & supra ingreditur, ut ministrarent in tabernaculo federis; pro cuius textu conciliatio cum capite 4. Numeror. etiam plura adducunt Jabulensis in d. c. 8. q. 24. & Cornelius a Lapide, Menochius l. 2. de Reput. Hebraeor. c. 1. n. 12. Elpencus l. 4. de voto contin. c. 3. ideo recte ut Levitis in omnibus Diaconi exaequantur, ea atas praescripta fuit. Jure autem novo Concil. Viennensis atas 20. annorum Diaconus ordinandis constituta fuit, d. Clem. grave, Novissimo jure Conc. Trid. non nisi existenti in 23. anno gradus Diaconatus conferri valet, sess. 23. de reform. c. 12. notant Barbosa l. 1. juris etol. c. 33. n. 38. Narbona anno 23. q. 1. Bossius ubi supra, §. 6. Superest, ut de atate praescripta ad Presbyteratus gradum agamus, & videamus illa praedicta tria tempora, videlicet juris veteris novi, & novioris, lute enim antiquo nemo in Presbyterum ordinari valebat, nisi triginta annos habuisset, c. Episcopus 6. c. si triginta, 77. d. c. si quis 1. c. nemo 2. c. Presbyter 4. si triginta 5. 78. d. Rationem reddunt Patres Concilii Niceni in dicit. cap. Presbyter, quia videlicet eo anno Dominum iuxta baptizatus fuit, & praedicare coepit; quare rationem juxta veram historiam defendunt, & exponunt Baronius anno 31. ubi Spondanus n. 8. late Vivar. ad Flavium Dextrum, anno 31. fol. 31. Noviori jure Concilii Viennensis in d. Clem. grave, constitutum est, ut in Presbyterum ordinandus debeat habere 24. annos completos, & 25. coeptum: quod Concilii decretum approbavit Synodus Trid. sess. 23. c. 12. Docent, & plura pro illius decreti expositione tradunt Narbona an. 25. q. 55. Rufiniana lib. 3. consil. pag. 87a. Sed circa praedicta tempora assignata sacris ordinibus, an sufficiat ultimum annum esse coeptum, an vero desideretur esse completum, dubium apud Interpretes est: Et desiderari anni complementum, docuerunt Azvedus in l. 8. tit. 20. lib. 3. n. 17. recipit. Menochius de arbitrio, l. 2. casu 477. n. 27. Sed communis, tam Canonistarum, quam Theologorum schola docet, sufficere ultimum annum coeptum esse ad ordines recipiendos: Ita Navarrus, Gutierrez, & alii consilii a Narbona d. anno 22. q. 1. Bossius d. tom. 2. §. 6. Leander disp. 6. q. 3. non tamen sufficit pervenire ad ultimum diem anni praecedentis, nisi totus elapsus sit, & saltem quoad quadrantes horae atigerit ultimum annum, ita ut verum sit, cum annum agere, ut contra Narbonam, Bossium, & Dianam docet Leander supra q. 7.

6 Sed si quis ante praedicta legitima atatis annos saltem coeptos ordinetur, licet characterem, & sacramentum recipiat, tamen suspensionem ordinis suscepio incurrit, ex nostro textu, & aliis supra citatis. Et licet ex hac decisione suspensio non incurreretur ipso jure, nec in perpetuum duraret, ut docet Gibal. in d. synopsi, littera O, n. 5. tamen ex novioribus Pontificum decretis, videlicet Pii II. Pii V. & Sixti V. ipso jure incurritur, & in perpetuum durat, donec ab ea absolvatur; & tam in saeculares, quam regulares ante tempus promotus imposita est, ut docent Narbona d. an. 22. q. 1. Aravio tit. 3. q. 32. Leander supra, q. 9. & si post praedictam suspensionem incurram suspensus celebraverit, irregularitatem contrahit; quod procedit si ex mala fide ante legitimam atatem ordinetur, non vero si ex bona fide, existimans se habere atatem legitimam, ordinetur; utitur enim Pius II. in sua constitutione verbo illo, praesumpserit: unde cum in ignorante nulla praesumptio dari valet, non incurrit aliquam suspensionem, ut resolvit cum aliis Leander disp. 6. q. 11. c. 12. ubi hoc protrahit ad eum, qui habuit ignorantiam craslam; qui etiam postea sciverit se legitimam atatem non habuisse, & nihilominus celebraverit, non incurrit aliquam irregularitatem, ut etiam resolvit Bossius d. §. 6. Narbona anno 22. q. 1.

7 Ex quibus jam apparet vera decidendi ratio ad nostrum textum; nam cum atas 25. annorum a sacris canonibus statuta esset pro Diaconatus gradu recipiendo, graviter peccavit Episcopus Ovetensis puerum 14. annorum ad illum gradum promovendo; & cum quis debeat puniri in eo, in quo peccavit, cap. fin. hoc tit. in 6. Recte Episcopus, suspenditur ab Ordinum collatione, cum in eorum administratione deliquisset: ordinatus vero licet sacramentum, & characterem recepisset, quia tamen legitimam atatem non habebat, suspensionem temporalem incurrit, videlicet donec ad legitimam atatem perveniat; quia valde indecens esset, si puer adhuc in Dia-

De pania ordinati ante atatem.

Ratio decidendi.

In Diaconatus gradu ministraret, & quia post legitimam aetatem ministrare poterat in praedicto gradu sacro, ad quem nemo promoveri valet, nisi ad titulum beneficii ecclesiastici, alias qui cum ordinavit tenetur beneficium praestare, vel providere illi de necessariis, c. sanctorum, 70. dist. c. 2. c. cum secundum, de prob. ideo Honorius III. in praesenti decrevit, Episcopum Ovetensem debere praedicto Diacono male promotio beneficium conferre, ad cuius titulum adveniente legitima aetate reperitur ordinatus.

9 Dissolvitur etiam

Nec argumenta supra adversus nostram conclusionem perpendenda adversantur. Non primum deductum ex c. 4. 78. dist. nam verbum illud deponatur, quo textus utitur, accipiendum est pro suspensione; plerumque enim in iure hoc depositio confunditur cum suspensione, & e contra, ut constat ex auctoritatibus, & exemplis adductis a Sayro de cons. l. 5. c. 19. n. 3. Suarez eod. tr. dist. 30. sect. 1. n. 11. notavit Gibalinus post. tr. p. 8. & sic verbum illud, deponatur, in eo textu accipitur pro suspensione, ut docuit Suarez de sed. 1. n. 13. Nec similiter obstat secunda difficultas: nam licet causa impulsiva suspensionis ordinati in hoc textu fuerit improba ordinatio ab Episcopo facta, tamen causa finalis fuit defectus aetatis ipsius, cujus ratione ordinari non poterat, & sic quatenus suspensio imponitur ordinato, in ipso est ob defectum aetatis, in ordinante vero ob culpam ipsius, ut post Panormitanum & alios antiquiores in praesenti docet Gibalinus ubi supra in synopsi, pag. 138. n. Nec obstat tertia difficultas adducta ex nostri textus antinomia, dum in principio supponitur, ordinatum suspensionem esse, & sine doteur, illi conferendum esse beneficium, Nam respondendum est, suspensionem, de qua in hoc textu, non esse perpetuam, sed temporalem, donec ad legitimam aetatem pervenit: ideo cum superveniente aetate reperitur ordinatus sine titulo, recte Honorius decrevit, ipsi conferendum esse beneficium, ut cessante suspensione habeat Ecclesiam, cui intersit, iuxta textum in d. c. 2. c. cum secundum, de prob.

10 Responditur c. 2. 77. dist.

Sed primo praesenti assertioni adversatur textus in c. in singulis 2. 77. d. in illis verbis: vel Subdiaconus 14. annis fiat, & sic ad benedictionem Diaconatus, si fuerit, accedat. Ex quibus verbis expresse deducitur, puerum 14. annum agentem posse in Subdiaconum, & in Diaconum ordinari: igitur non recte Honorius III. Episcopum Ovetensem increpat ut scientia canonice ignoraret, quia puerum 14. annum agentem ordinavit

in Diaconum. Glossa in eo textu. verbo 14. annis, existimat ibi 14. annos non esse computandos a nativitate ipsius ordinandi, sed ab ultimo anno infantiae, 7. videlicet, & sic addendo 7. annos infantiae cum aliis 14. Quam solutionem, utpote verbis, & menti text. contrariam, refellit Acquina ibi. Aliam adducit Narb. d. anno 12. q. 1. Quibus omnibus dicendum est, textum illum non esse exaudiendum, prout habetur in ipso corpore Gratiani, sed prout legitur in alii sexcentis articulis, & castigatis codicibus, ubi ita legitur: Si ab infantia ecclesiastici ministerii nomini debent, inter lectiones usque ad 20. annis annum continuata observantia perducet, si maior iam & grandaevo accesserit, ita tamen, ut post baptismum se decem militibus deservet suscipere, sive inter lectiones, sive inter exorcistas quinquennio teneatur: exinde acolythus, vel subdiaconus 4. annis, & sic ad benedictionem. Notarunt Ant. Aug. in dialog. I. Dantis in eo textu, & in calce ipsius notatur. Ex qua littera ita transcripserunt post 25. annum Diaconum debere ordinari, quod discipline ecclesiasticae magis operari illius facere congruit, ut iam supra retuli.

11 Exponitur decretum Urbani.

Secundo supra traditae assertioni refragatur Urbani II. decretum relatum in Concilio apud Meliam, c. 4. in illis verbis: Constitutum est, ut nemo ante annos 15. aut 14. Diaconus ordinetur, nemo ante annos 30. in Presbyterium consecratur. Qui textus aperto Marte opponitur praesenti decisioni, siquidem in eo expresse permittitur, agentem 14. annum in Presbyterium ordinari. Pro cuius difficultatis solutione retinendum est illius decreti contextura, loco enim eorum verborum 15. aut 14. legendum est 25. aut 24. siquidem mendium irrepsit, & erro, ex eo; nam cum ita legeretur his notis: Nemo ante annos 2. Diaconus fiat: omnia sunt in versione littera X. & sic transscriptum, ante 15. aut 14. cum ita vertendum esset, ante 25. aut 24. Leviter emendavit Ant. Aug. in epis. juris, l. 7. tit. 5. cap. 2. qui error ex inversione praedictarum notarum frequenter reperitur in Jure. Cujacius in l. non putabam 48. ff. de condit. & demost. pro 16. conjicit legendum 14. ex lege si cui legatur 49. ff. delegat. 1. Sic in l. ult. C. qui ante, pro 55. legendum est, 70. & in l. 2. §. post hunc ff. de origine juris, pro 40. legendum 400. & in l. si quis 7. ff. de iuris, pro 500. legendum est 50. apud Vitruvium pro divisione 12. legendum esse 8. jam notavit Fornerius lib. 2. verum quidem, c. 2. Recte igitur assertum in dicto Decreto Urbani II. pro 15. aut 13. legendum esse 25. aut 24.

C A P U T X V I.

a Gregorius III. Archiepiscopo b Baranensi.

Consultationi tuae taliter respondemus, quod eos qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi primo eis penitentia imposita competenti, sufficere poteris in susceptis ordinibus ministrare.

N O T A E.

a Gregorius. De eo egi in c. fin. de consuet. b Baran. Legendum est Baranensis, ut legitur apud Innocentium III. l. 4. ep. 110. Baranensis enim civitas est in Apulia Metropolitana, cui parent decem Suffraganei: ejus mentio fit in c. cum bona 8. de stat. & qualis.

Hujus textus commentarium dedimus in c. 1. hoc tit.

C A P U T X V I I.

a Idem.

Quaestum est de Sacerdotibus, vel aliis clericis qui per reatum adulterii, perjurii, homicidii, vel falsi testimonii bonum conscientiam recte perdidissent, Et infra: Respondemus, quod si proposita crimina iudicio comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent hi (praefer reos homicidii) post penitentiam in jam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impediri, qui si non penituerint, monendi sunt, & sub interminatione divini iudicii obediendi, ut in testimonium suae damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

N O T A E.

a Idem. In hac sexta Decretalium collectione textus iste tribuitur Gregorio IX. sed nisi fallor, aut est Clementis III. aut ipse Greg. ex Clementis III. decisione praesentem transcripsit: in secunda enim collectione, sub tit. de stat. & qual. c. 3. ita legitur. (Ex tua fraternitatis consilio percipimus, te velle a S. A. certitudine edoceri, utrum sacerdotes, vel alii in quibuslibet sacris ordinibus constituti, qui per lapsum carnis reatum adulterii incurrerunt, vel per alii falsi testimonii, vel crimine homicidii irretiti bonum recte conscientiae perdidissent, si perfecta condigno poenitentia de commisso, in prioribus tolerari, vel suffragantibus meritis provehi valeant ad majora. super quo fraternitati tuae re-

spondemus, quatenus si notoria sunt crimina, quae praediximus, vel ordine iudiciali comprobata, tales reos censura sacrorum canonum, etiam post perfectam poenitentiam, non tantum ad altiores progressi non permittit, verum etiam jubet gradum pristinum non tenere. Porro si proposita crimina contra aliquem notoria non fuerint, vel ordine iudiciali comprobata, monendi sunt tales, qui eisdem tenentur obnoxii, & sub interminatione divini iudicii obediendi, ut in testimonium damnationis suae in suscepto ordine non ministrent.) Haec sunt Clemens III. cujus verba si recte conferantur cum praesenti decisione, aut ea ipsa sunt, aut valde similia.

b Clericus. Ad constitutos tantum in majoribus ordinibus refert Valquez tertia p. in 3. dist. 136. n. 29.

T I T U L U S X I I.

De scrutinio in Ordine faciendo.



Scrutinium dicitur a scrutando. Apulejus l. 1. metaph. Scrutinium olim in Ecclesia fiebat in catechumenis baptizandis, c. dilectus de capellis monach. c. his, & majoris, & eod. Concil. Moguntin. sub Carolo can. 4. Sacramenta itaque baptismatis velamus, ut sicut sancta vestra fuit adnoctio, ita conserditur, atque uniformiter in singulis parochiis secundum Rom. ordinem inter nos celebratum iugiter, atque conservatum, id est scrutinium ad ordinem baptismatis. De quo scrutinio agunt Lindbrogius in glossario legum, verb. Scrutin. Zevia in adversariis, c. 89. Cironius ad tit. de baptismo, Cochier in sacra histor. c. 55. Vossius de virtut. serm. 1. 3. c. 47. Cresolius lib. 2. mystag. cap. 13. Lantmeter. l. 2. de vet. cler. c. 21. Menardus in not. ad Sacram. D. Gregorius, pag. 137. Filescus de orig. Paroch. cap. 6. Scrutinium etiam olim fiebat in ordinatione clericorum: ordinandi enim proponebantur coram clero, & populo, ut bonorum merita publicarentur, vel malorum crimina detegerentur. D. Ciprian. ep. 33. quod jam primis Ecclesiae saeculis observatum fuisse constat ex Lampridio in Alex. ubi: Aliquis voluisset vel Rectores provinciarum dare, vel Praepositos facere, vel procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non probasset, subiret poenam capitis: dicebatque grave esse, cum id Christiani, & Judaei facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in provinciarum Rectores. De qua ordinandorum probatione late agunt Petr. Fab. l. 3. agonist. c. 28. Sausay p. 1. Panoph. cler. l. 4. c. 2. Pamelius in d. ep. 33. D. Cypr. Mendoza l. 2. Conc. Illiberit. c. 50. diffusale Hallier. de sacris elict. l. 1. c. 2. ar. 2. & sect. 8. c. 1. ar. 5. Licet in hac rubrica polliceri videatur forma praedicti scrutinii, tamen caput unicum, quod ei subiectum est, tantum continet, Diacon. do. lo vacare, & omnis culpa extorrem esse, qui interrogatus, ac promovendus ad sacros ordines dignus fit, respondet dignum esse, cum eum indignum esse pro competo non haberet.

C A P U T I.

a Idem.

Ex parte tua fuit propositum. b Et infra: Quasivisti per Sed. Apost. edoceri, ut cum Episcopi ad consecrationem Episcoporum ab Archiepiscopo suo, vel alio evocentur, & ipsi Metropolitanis electum offerant consecrandum, dicentes: Reverende Pater, postulat sancta Mater Ecclesia hunc electum in Episcopum consecrari; & interroget Archiepiscopo, si sciant illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt, & credunt pariter esse dignum; & te in responsione hujusmodi non offenderet hominem, Deum existimes offendisse, quandoque praeter, quandoque contra conscientiam respondendo, cum electi conversatio aut minus tibi bene sit cognita, aut penitus sit ignota; qualiter in hujusmodi interrogationibus salva conscientia valeas respondere. Ad quod f. r. respondemus, quod cum nos aliquem in Diaconum, vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum qui nobis assistit, dicit: Postulat f. sancta Mater Ecclesia Catholica hunc Subdiaconum, vel Diaconum ad onus Presbyteratus, vel Diaconatus assumi; & nobis interrogantibus, si cum cognovit esse dignum, idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit, & testificatur illum ad hujusmodi officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dum hoc modo contra conscientiam non loquatur; quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit: cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat estimare. Hujusmodi ergo cognoscens, Metropolitanus prius, quam ad hujusmodi scrutinium veniatur, studeas b nuntiare. Quamvis, ut diximus, nos interrogationem hujusmodi non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione Diaconi, vel Presbyteri faciamus.

N O T A E.

a Idem. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. l. c. unico: non tamen ibi exprimitur, cui Praelato referat Innocentius, sed epigraphae ita restituta est: Innocentius III. Auriensis Episcopo, ut habetur l. 9. ep. Innocentii III. ep. 33. ubi extat praesens decretalis, editaque fuit anno 1206. ut eo anno refert Oloric. Raynaldus nu. 33. De Auriensi Ecclesia egi in c. cum causa de probat.

petere. Nam in eo canone agitur de ordinandis illis, qui habitabant in villis, & oppidis, non vero in civitatibus: & cum eam potestatem, ac jurisdictionem, quam habebant Archidiaconi in Urbe, haberent Archiepiscopi in locis ruralibus, ut dicemus infra in tit. de officio Archiepiscopi, ideo, ex illis villis, & oppidis clericos ordinandos representabant Archiepiscopi, non Archidiaconi.

b Et infra. Alia pars hujus decretalis, quae diversam prorsus consultationem continet, extat in c. 1. de temp. ordin. in 3. collectis.

f Sancta mater. Ita legitur in ipso Pontificali Romano, c. 1. tit. de ordinand. Diaconi, & Presbyteri. Dicitur autem, Postulat sancta mater Ecclesia; ut cognoscatur, neminem ex humana gratia, vel ex qualibet privata prece, sed Ecclesiae tantum flagrantis postulatione promovendum esse, iuxta Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 13.

c Archiepiscopo suo. Ad consecrationem suffraganei debet Archiepiscopus convocare omnes comprovinciales Episcopos, ut late probavi in c. si Archiep. de temp. ordinand. d Diaconum, vel Presbyterum. In his verbis tacite innuitur, in aliis inferioribus gradibus non esse necessariam haec praesentationem ab Archidiacono faciendam quod probat Hallier. de sacris elict. c. 2. §. 3. pag. 39.

g Debeat assumi. Imo si aliter non novit indignum, cum dignus quis praetulerit, nisi testibus aliter probetur l. 1. §. probatis, C. de his, qui veniunt aetatis, l. ex persona, C. de probat. Recte ergo Innocentius III. ac secundum juris utriusque principia affirmat, in dubio quemlibet bonum praesumi, donec contrarium probetur, ut docetur in c. si quis, d. 86. c. in causis 11. q. 3. c. innocens 22. q. 4. c. fin. de presump. lib. cum pater 77. §. Rogo, ff. de legat. 2. l. servos, l. restam. ff. de immuni. testam. plura Barboza de dictionib. verbo Bonus, Elco. bat de part. sanguinis, q. 8. §. 2. nisi in contrarium praesumptio addit, ut in legibus proxime citatis. In praesenti autem casu praesumptio adest pro bonitate, siquidem ante hoc scrutinium tot praecedunt examina, tot coram populo publicationes, de quibus late agit Hallier. ubi supra, d. art. 1. ut facile apparere possit indignitas promovendi ad ordines: Unde cum in nullo ex his scrutiniis contrarium probatum sit, bonus & dignus ordinandus praesumitur.

e Prior Diaconorum. In Ecclesia Romana non est Archidiaconus, ut notavit Glossa verbo Examinatur, in c. ad hoc, de offic. Archid. sicut neque in Ecclesia Constantinopol. ut refert Codinus de officis c. 17. n. 39. unde in Ecclesia Romana primus Diaconorum est, qui representat ordinando R. Pontifici, in aliis vero Ecclesiis hoc munus proprium est Archidiaconi, c. 2. c. Episcopus, c. quando, 24. d. c. nihil, §. Episcopus, c. ad aures, c. ut nostrum, de officio Archid. c. 1. de eo, qui fuerit: plura Petrus Greg. l. 1. par. tit. 13. c. 7. Hallier. ubi supra, §. 956. cum enim ad Archidiaconum spectasset examen ordinandorum, c. ut Archidiaconus, de officio Archid. late Hallier. ubi supra, ideo ad ipsum spectabat praesentatio in hoc secundo scrutinio. Nec obstat Concilium Habentense in can. 3. relato a Burchardo l. 2. Decret. c. 23. in illis verbis: Ut cum Archiepiscopi, qui eis representantur debent. Ex quibus deducitur, hoc munus representandi ordinandos Episcopo non Archidiacono, sed Archiepiscopo com-

petere. Nam in eo canone agitur de ordinandis illis, qui habitabant in villis, & oppidis, non vero in civitatibus: & cum eam potestatem, ac jurisdictionem, quam habebant Archidiaconi in Urbe, haberent Archiepiscopi in locis ruralibus, ut dicemus infra in tit. de officio Archiepiscopi, ideo, ex illis villis, & oppidis clericos ordinandos representabant Archiepiscopi, non Archidiaconi.

h Nuntiare. Ne contra conscientiam eum dignum representando mendacii culpam incurrat, aut delictum occultum padendo eum publica notet infamia.

i Pontificis. Quia electus, & confirmatus a R. Pontifice dignus est: nec post examina testimonium illius sufficiens, aut necessarium censetur.